grem maculatiſſimã uerſus eſt.
Amic⁹ ille q̃ dormitat: oua ſolet in lecto ſæpe cõficere.

¶ Titulus. xlviij.

¶ Exemplificatiua familiaris.

Poeſim inquit Symonides picturã loquentẽ eſſe: at picturam tacentem eſſe poeſim. Vt enim debet poeta deſcribere proprietates rerũ atq; perſonarũ: nihilq; prætermittere: qđ ad ulliuſ artis expreſſionem pertineat: ſic pictor nihil negligere qđ ad rem perſonamue perfecte cognoſcendam perquiratur. Niſi cæſarem tibi declararit hiſtoria: niſi poſt hiſtoriam ex hui⁹ re geſta: phyſionomia expreſſerit: qualem oporteat eſſe: q̃ hac aut illa eſt natura: quiq; hoc aut illo uerſatur in actu: niſi affectus naturales multa rerũ experientia cognoſcis: niſi ea proſequi poſſis uľ carmine: uel pictura ſingulari: q̃bus non recitari: aut pingi uideatur: ſed homo uideri uiuus in agenda re perſiſtere: certe neq; poeticam bene tenes qui ſcribis: nec picturam qui coloribus inuolueris ac tabellis. Vt enim Homerus æque recitat Vlyxis naufragiũ: præcedentibus tempeſtatis ſignis ſuccedentibuſq; procellis. Identidẽq; factitauit apud noſtros Virgilius at armatos ferociores inducit: cenſores grauiores: conſules æquiores: turbam loquaciorem: ſic & reliqui debent imitari: qui poetarum nomine uelint appellari: illudq; ſequantur: quod apud Horatium eſt: Vos exemplaria græca nocturna uerſate manu: uerſate diurna. Id niſi facturi ſint: animaduertant Horatianũ rurſus illud: Cur ego ſi nequeo: ignoroq;: poeta ſalutor. Vt enim recte dictum eſt ac ſapiẽter: Quã quiſq; norit artẽ: in ea ſe exerceat. Sic Alexandri Macedonis exemplo nõ loquamur poti⁹ Perſice: q̃ ſi loqui neſciam⁹: linguẽ illã profitẽtes: auditorib⁹ ridiculo ſimus. Alioꝝ exemplis uiuendũ eſt. Vale. Ex Mediolano. iij. Idus Aprilis.

Symonides
Proprietas poetæ
Homerus
Virgilius
Horatius in arte
Alexander magnus

¶ Exemplificatiua familiariſſima.

Vt ignoſcam Antonio: rogas. Exemplo cæſaris: oĩa memoria teneo: præter iniurias: & ut Hageſilaũ imiter dicẽtẽ

Iulius cæſar
Hageſilaus

cum tranſactũ eſt crimen:iniuriam e mente deleui:ſic ego
uix poſtridie illius diei: quo decoctor Antonius me frau/
dauit:ſum illius doli memor effectus. Itaq; ne parcã: opus
eſt:iamdudũ peperci:ac ex animo aboleui fraudem illam.
Sed ut in gratiam redeat:nõ poſtulas:quod ego admiſſu/
rus ſum nunq̃ negligẽtiæ genus: ut alijs fallendi ſimilem
præbeam occaſionem. Eum igit̃ non ſum odijs inſectatu/
rus:neq; ab alijs principib⁹ quæſiturus ut plectat̃:ſed neq;
mea gratia ei peccandi alijſq; daturus exemplũ. Vale. Ex
Mediolano pridie Idus Aprilis.

¶ Exemplificatiua grauis.

Horontes — Non iniuria placent Horonti Artaxerxis genero (quicqd
pſuadere quiſq̃ uellet) exemplis firmandũ eſſe: ut quas p
ueſtigia proficiſcentib⁹ præcedentiũ paratior eſſet actu/
Hageſilaus — tior gradiendi cõmoditas. Nam & Hageſilaus ille rex ſa/
pientiſſimus dicere ſolitus perhibet̃: nõ eſſe quicq̃ ulli du
Xenophon — bitandum: qui bonorum hæreret exemplis. Xenophon
autem ait: Et ſi ſolent qui errare cupiunt exemplis maio/
rum:qui mali fuerint gaudere:quaſi cæci a cæcis ducti. At
bonorum exemplo uiuentes ſecuriſſimam habent uiuen/
Ambroſius — di rationem. Ambroſius igitur ille non doctus minus q̃ ſa/
piens:magnam parari ſapientiæ putauit uiam:cum ęxem
plis bonorum alliceremur ad bene beateque uiuendum.
Ariſtoteles — Nam & Ariſtoteles illos refert Heſiodi uerſus. Optimus
uerſus He — ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens: Præceptor ſuus
ſiodi — ipſe ſibi meliora peregit. Ille bonus rurſum: monitus qui
Demoſthe/ — recta peregit. Sũt enim:ut Demoſthenes dicebat:docto/
nes — rum hominum admonitiones: exempla pariter quæ poſ/
ſimus imitari:cum nihil in mediũ afferant docti: quod aut
non ſit in recta fundatum ratione:aut inde ſumptum atq;
tranſlatum : quod latam habeat auctoritatem:atque ple/
nam. Cum igitur ad te frater optime ſcripturus non nihil
eſſem de ijs quæ te cenſerem oportere ſequi:ſum arbitra/
tus exemplificatiuo utendũ ſcribendi genere : non qui te
aut doceã:aut horter:aut admoneã ſuadendo: ſed q̃ ante

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oculos exẽpla ponã:ꝑ quæ poſſis & ĩ luce ambulare: & in Alexander
tenebris. Alexãder admodũ adoleſcẽs nihil uel dicere ſo/
lebat uel facere qđ a patre Philippo illo ſapientiſſimo uel
dictum accepiſſet uel factũ: dicẽs turpe uideri ſibi: qui nõ
didiciſſet litteras: eũ doctrinã ꝓfiteri: publiceue docere.
At Alcibiades uir deniq͂ modeſtiſſimus proponebat inť Alcibiades
ſenes quæſtionem: de qua illos audiret cõmentari: bene
ne: an male: hoc aut illud ab adoleſcente neſcio quo dictũ
eſſe uel factum: nec nomen cuiuſq͂ aperiebat: nec ſuã du/
bitationẽ dicebat eſſe illam: ſed ut intelligeret illorũ ſen/
tentijs quid ſibi deligẽdũ foret. Cyrus aũt iunior præmia Cyr⁹ iunior
conſiliorũ grauiſſimis proponebat ſenatoribus: reſq͂ ar/
duas quaſi ad ſe non pertinentes in medium afferebat: ut
prius eorũ audiret ſententias q͂ opus aliquod aggredere/
tur inconſulto. Cupio te igitur: qui mihi tũ ob egregiã in/
dolem chariſſim⁹ es: tum pro ea quæ mihi cum patre tuo
principe optimo fuit beniuolentia: ut Alexandrum: Alci
biadem ac Cyrũ imitatus uel nihil dicas uel facias in quo
non adhibueris quoquo uel exquiſitiſſimo cõmentatio/
nis conſultationis ue modo rerum omniũ experitiſſimos:
aut earum ſaltẽ de quibus dubitas: uiros & doctos: & gra/
ues: a quibus uel idem factum aut dictum accipias: ut per
eorũ proficiſcare ueſtigia: aut faciendũ dicendum ue tibi
perſuadeať: quibus uti queas ducibus. Nam cum multa
ſint adoleſcentibus per uitæ nouitatẽ difficilia: cũ id qui/
dem difficillimũ: ea in ætate: quæ perfectæ rationis eſt in/
capax: non errare: non labi: non decipi. Q͂obrem Ariſto/ Ariſtoteles
teles: moralis diſciplinæ idoneos auditores noluit eſſe iu/
uenes: q͂uis ſubdat non differre: iuuenem eſſe ætate aut
moribus: Et Symonides dicat: multos ætate conſenuiſſe Symonides
qui ſunt moribus admodum adoleſcentes. Es tu quidẽ ea
ingenij præſtantia: ut ſi quis ex ſe quicq͂ egregij diſcere
poteſt & addiſcere: in te hoc debuerit iam radices propa/
gaſſe. At ea eſt uiuẽdi rectæ parata difficultas: ut uix etiã
adhibitis aliorum & exemplis / & inſtitutis / & cõſilijs: qui

Ciceronis & Hortenſij filij degeneres.

plurimum ſapiant: ſatis nobis ſit adiumenti ad eam laudē capeſſendam comparatum: qua debemus ornati & uideri ſimul & eſſe: ut īmortalem gloriam cōſequamur. Quot cū habuerint parentes eximios: præceptores clariſſimos: auxilia naturæ ac artificij plurima: in peſſimos nebulones euaſerūt? Præter Ciceronis ac Hortenſij degeneres illos filios: circūſpice hodie multos ex omni hominū præſtantium genere: quibus nihil facilius/cōmunius atq; paratius eſt: q̄ a ſuis degenerare maioribus ſeſeq; inimiciſſimos ueræ laudis exhibere. Tu igitur nō adeo uel acumini tuo cōfidas: uel ullo ingenuæ tuæ naturæ muneri: niſi omnino ſenum aſſiſtas lateribus: ab illis qui plurima ſolſtitia cū uirtute uiderint: aliquid diſcas: ab eorū fontibus: qui uiuaciſſima ſunt ſapientia: nō nihil nutrimenti haurias. Habebis ante oculos ſemp exempla: quibus nixus cadere nequeas: quorū ductu p rectā uiam gradiaris: quorūq; memoria ſemp tibi iucūdior ſit. Eo pacto & tibi tua uita ſuauior fiet: & me ſumma quadam afficies ppetuaq; uoluptate. Vale. Ex Mediolano Idibus Aprilis.

¶ Synonyma exemplificatiua.

Cæſarē tibi exemplū adhibe imperando.

Ciceronis in eloquētia exemplo nitere.

Fac ut in republica gubernāda Periclem adhibeas exemplum tibi.

Neminem in poematis utiliorem tibi Naſone ducito: ac Marone.

Velim in omni tuæ præturæ adminiſtratione: ſolius Catonis hæreas exemplo.

Noli ab eorū exemplis aberrare: qui fuere modeſtiſſimi.

Nunq̄ fallet tua te ſententia: ſi conſtantia tibi Fabriciū propones exemplū.

Eris omniū continentiſſimus: ſi exemplo tuæ modeſtiæ Scipionem præficies.

Vbi non deſerueris Vlyxis exemplū: fies aſſidue prudentior.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Si uis fortiſſimus fieri: æacide aut Hectoris exemplis fias. Scæuolam quære ducem tuarũ cogitationũ: ſi uis iuriſcõſultiſſimus appellari.
Veſtigijs hære Curij: ſi cupis innocẽtiſſimus incorruptiſſimusq; dici.
Nihil erit tibi cum uulgo cõmune: ſi ſapientum exemplis ad perfectam contendes uirtutẽ.

Titulus. xlix.

Contentioſa familiaris.

Quid te mihi præfers o hælua? Quæ tibi mecum eſſe poteſt æqua cõtentio? Generis ne? At tu homo nou⁹ (ut illo in Ciceronẽ utar Saluſtij) qui rupto robore natus: ut Naſo inquit: nullos habuiſſe parẽtes cenſendus es. Virtutis? At quæ uirtus eſt tua? Quod cyathos ampliſſimos: calicẽ illius naſorũ quattuor beneuentani ſutoris nomẽ habentis: de quo loquit̃ Iuuenalis: ſimillimos uno hauſtu ſorbilare delectaris: in tuaq; nefandiſſima libidine tua ẽ militaris cõpoſita gloria? At mihi & generis eſt nobilitas tanta: ut erubeſcere me iure poſſis: ubi hæc tibi ſit contentio: & tm̃ in uirtute laudis ut me uenerari nõ nequeas. Cõtendis mecũ de diuitijs? Tibi non cedo. Nam q̃ꝗ̃ habes plures nũmos: plura prædia: plures fundos: non es me tñ ditior: cui⁹ cupiditas nulla eſt niſi cũ uirtute. At tu cupis & inflãmaris tuis ꝑturbatiõibus: nec tm̃ habere potes rerũ: ut nõ multo auidi⁹ optes plurima. Ego pauꝑtate mea cõtentiſſimus nihil appeto: & ut illo utar Terentij: cũ nihil habeã: nil mihi deeſt. Ex Mediolano. xix. kalẽdas Maias.

Saluſtius in inuectiua
Ouidius. j. metamor.
Iuuenalis
Terentius

Contentioſa familiariſſima.

Et ſi me ſummoꝑe pudere decet: tecũ contentionẽ ullam agere: ne tua te tamẽ in phreneſi iactes: ad ea contentioſe r̃ndebo: quæ unis ad me ſcripſiſti litteris. Non audere me hoas affirmare bene dictum te coram: Monimẽta: cũ monumẽta dicẽda putes poti⁹. Peto abs te uir ignare litterarũ: moneo qđ præteritũ habeat? Monui dices. Quod ſu-

Monimẽta
Monumẽta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf